

SERMO

LXVII

dilexit. Verbaliter nos instruendo Ma-
thei. xij. Qui habet aures audiendi
audiat. Preco: diali Job. ry. Maio-
rem caritatem nemo habet. q̄ ut ami-
mam suam ponat quis p̄ amicis suis
Reali. nobis omnia bona dando.
Iaco. j. Omne datum optimum. et omne
donum p̄fectum desursum est. descen-
dens a patre luminum. Est ergo. Se-
cundo sensus cum te sic dilexerim. quo-
modo tam temerarie ausus es. tibi
usurpare nomen christianitatis qui non
habes vestem nuptialem caritatis.
dicitur etiam triplici de causa vestis
nuptialis l. Primo quod ipse. ut di-
ctum est partim in suis nuptiis eam
operuit in cruce. ubi sibi ecclesiam p̄
sanguinem suum univit. Secundo quod sine
hac nullus nuptias patrie intrabit.
Tercio quod in magnis nuptiis in die
iudicii anime decore apparebunt. vñ
Apoc. xvj. beatus qui custodit ve-
stimenta sua. ne nudus ambulet. et
videant homines turpitudinem suam
Tercio ponitur severa punitio ibi.
tunc dixit rex ministris id est angelis.
qui sunt executores diuine iusticie.
L. Et triplex pena ponitur hic. Pri-
ma in vinculis ibi ligatis manibus.
ne resistere quouis modo possint. et
pedibus ne fugere queant. Itē post
mortem nec poterint affectum bonum
habere. nec opus quod intelligitur p̄
ligatas manus. et pedes ligatos. nec
ad salutem reuerti possunt. Secunda
pena est tenebre. locus namque infer-
ni est obscurus. taliter ut solū pena-
rum diuersitas et personarum quedam in-
tueri possit. Hic autem peccatores ha-
buerunt tenebras interiores. quas
secum ducunt. Tercio ibi est pena fla-
gellorum. ibi erit fletus ex vehementia
ardoris. et stridor dentium ex vehemē-
tia frigoris Job. xliij. Ad calorem

nimum transibit a b aquis nium.
Et sic sunt p̄culares pene hic annu-
merate septē scilicet in manibus pe-
dibus. interioribus tenebris. et exteri-
oribus ac stridore et fletu. Septimo ē
tortura ministrorum. M. Tercio p̄-
cipaliter concludit de p̄destinatis et
p̄scitis. generalis et formidanda sen-
tentia. Multi enim sunt vocati p̄ fidem
ad nuptias. sed pauci electi ad beati-
tudinem. Habanus. Tanto vnusquis-
que vestrum in humilitate se deprimat
quanto si sit electus ignorat. Nam
multi bona incipiunt. sed in bonis non
perseuerant. Alij vero econtra. tanto
sollicitius sibi metunt. quanto igno-
rant que restant. Hoc figuratur in
filijs israel qui in magno numero. de
egypto educti sunt. et tunc tantum duo
de eisdem terram promissionis intra-
uerunt

Dominica .xxj.

Hic quidam regulus cuius
filius infirmabatur caphar-
naum. Jo. iij. Tria princi-
paliter de p̄nti euangelio
tradentur. primo qualis debeat esse
in rectoribus nobilitas ibi. Erat quidam
regulus. secundo quod duplex in filio hominis
esse possit febrilis infirmitas ibi cuius
filius infirmabatur. tercio que sit
tot februm origo et causalitas ibi
Capharnaum quod interpretatur ager
vel villa pinguedinis. A. Quan-
tum ad primum notandum quod in regu-
lo fuerunt tria commendabilia que esse
debent hodie in rectoribus et consuli-
bus ciuitatum. et in iudicibus imo in
nobilibus et magnatibus. Primum fuit
obedientia nobilitas. Secundum fidei cre-
dulitas. Tercium recte dñationis po-
testas. nobilitas in hoc commendatur